REMIGIUS ALTISSIODORENSIS. AELIUS DONATUS. PRISCIANUS CAESARIENSIS. SERVIUS HONORATUS. GLOSSEN

Anfang 13. Jh. Seite 52r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26554
Copyright: Admont, Benediktinerstift



parte declinatur quam nominatius est. Piam vero quam est adiectio
syllabica per omnes casus currit. ut quispiam cuiuspiam
cuipiam. et rel. Aliquis similiter ex ea parte declinatur
quam nominatius est. Ali. per omnes casus currit. ut aliquis
alicuius. et cetera. Nam idem quod constat ex duobus corrup
tis. cum producitur masculinum pronomen est. cum corripitur
neutrum. sic hic correptum pronomen est. productum ad
ubium loci. Ex duobus corruptis. i. ex his. et demum.
Personae finitis pronominibus accidunt tres. prima ut ego.
secunda ut tu. tercia ut ille. Sed persona prima et secunda
generis sunt omnis. Et persona prima in hoc pronomine cum est
numeri singularis. non habet uocatiuum casum. Persona dicitur
a personando. eo quod per se sonet. Nam persono personas ubum
facit imperatum persona. personet correpta. o. in pe
nultima syllaba. Persona uero ne uideretur ubum imperati
ui modi. circumflectitur in penultima. Grece vero
prosepa dicitur. i. ad faciem. Antiqui enim ioculatores in
theatris quia positum erat. ne publice alicui de
traherent. laruas ad faciem suam ponebant. et sic
cuicumque uolebant detrahebant. siue eccubae. siue
medae. indae. Prima est. quae de se. siue de tercia loquitur
ad secundam. Secunda est. ad quam loquitur prima vel tercia. Bene
dicit finitis pronominibus accidere personas. Propterea pro-
nomina quae secundum donatum infinita sunt. ut quis. quae. quod.
quae non recipiunt personas sed requirunt. Quindecim autem
sunt finita. et certa pronomina quae recipiunt personas.

Tercia est de qua loquitur prima ad secundam.